

THIRD TRACT

§3.8.0

Eighth Article of the Third Tract

In the eighth article it will be examined whether, in terms of things already dealt with, the conduct of most subjects of the kingdom—and villages, castles, towns and people of many social levels—constituted infidelity, treason, disobedience, rebellion and other crimes against the king and the Dauphin, his unigenitus, and the mystical body of the realm.

§3.8.1.1

First, certain mystical members of the realm forsook their lord and subjected themselves to someone else in return, when the illustrious king Charles was impeded from ruling by a grave infirmity and is now impeded by insanity, and rule of some provinces of the kingdom was seized by the Duke of Burgundy.

§3.8.1.2

This same Duke nefariously killed the king's cousin Louis, Duke of Orléans.

§3.8.1.0

OCTAVUS ARTICULUS TERTII TRACTATUS

In octavi articuli huius prosecutione declarabuntur pleraque supposita regni, ac ville, castra, civitates et gentes utriusque status plurime egerunt, ex quibus colligetur iunctis qua dicta sunt, an infidelitates, proditones, inobedientias, rebelliones, et alia crimina contra regem et illustrem dominum dalphinum eius unigenitum, ac corpus regni mysticum commiserint at incurrerint.

§3.8.1.1

Primum si quidem quedam regni membra mystica dominum suum derelinquendo cum blasphemia, et alienata retrorsum. [75v] Esa. 1 [Isaiah, 1, 4] Regimina regni, cum rex inclytus Carolus infirmitate gravi regere impediretur, ac et nunc perpediatur amentia, sub variis conatibus ea obtinere licet nec ad illa pertinent multis temporibus satagerunt alio duce videlicet Burgundie regis, videlicet universum et supremum regimen aliis inferiora et particulari regimina patriarum et provinciarum, civitatum et locorum ut vinee, id est regni huius vuas [uva], et fructus sibi ipsis colligentes obtinerent ex totis suis desiderantibus precordiis in his similibus Achab regi Samarie, affectu improbo vineam Naboth. qui regnum Israel et regimen mente reproba (licet ad sum non expectaret) ardanti desyderio cupiebat, ut habetur seriusius in lib. Iudi. xxi ca. [3 Kings, 21, 2], et hec appetentes erraverunt a fide, id est fidelitate domini sui, et immiscuerunt se doloribus multis. I. ad Timot. vi [1 Tim., 6, 10], et declaratur infra non intuentibus, quod Gedeon, qui licet regimine Israel, eo quod illud a manu Madiani protexerat, dignus asset populo hinc dicenti ei. Dominare tu nostri, et filius tuus etc., sic inquit: Non dominabor, nec dominabitur dominus etc., ut scribitur Iudi. viii [Judges, 8, 22-23], hoc dicere at velle noluerunt dicti ambitiores cecati cupiditate, qua nil scelestius, Eccl. x. [Ecclesiastes, 10, 9]

§3.8.1.2

Sane impii idem suum exequen. propositum derelinquen. dominum illustrem **Ludovicum**^{†gl} regis germanum unicum, quem sibi ad ea impeditorem factori dabant proditorie illius se fingentes amicum pereminenter a domo regia (ubi cenaverat) cum paucis noctu existentem nece vili, et aggressionem, ac ictibus per orendis in civitate capitali regni parisius, ubi rex presens in vadentes similes dicto achab qui ut vineam obtinerent naboth cum falsis testibus interemit, sicut et finaliter Abymelech de lxx. suis necatis egerat, ut in Israel regnaret, ut legitur in historiis ante dictis.

THIRD TRACT

- §3.8.1.3 *This was an act of treason, as I said above in the seventh conclusion.*
- §3.8.1.4 *Killing Louis was lese majesty against the king, his kin and assistant and therefore part of his body, and a major part of the kingdom after the king and his sons.*
- §3.8.1.5 *Further he introduced into Paris the villainous Armagnacs.*
- §3.8.1.6 *The host of armed men in the capital committed lese majesty.*
- §3.8.1.7 *More crimes of the Armagnacs.*
-

§3.8.1.3 Ex quibus prodicionem commiserunt interficientem sive faciendum necari, cuius amicum se fingeabant, hec enim formata proditio, ut l. all. §pe. cum glo., de his qui no. infa. [Dig., 3, 2, 1], ut dixi supra in articulo, de prodicione in vii. conclu.

§3.8.1.4 Commiserunt etiam infidelitatem et crimen lese maiestatis contra regem, illius germanum in consistorio et consiliis assistente., et consequenter partem sui corpori, et maiorem regni post regem et eius filios, sic horribiliter occidentes, ut l. quisquis, circa princ. C. ad le. iuli.maies. [Cod., 9, 8, 5] et vi. q. i. c. quero [Decretum, II, 6, 1, 21] et c. felicis, distinctio pe., in vi [Lib. Sext., V, 9, 5], ut de his dictum est supra in prosecutione secundi tractatus.

§3.8.1.5 Homicidium etiam patrauerunt gravibus circumstantiis scilicet regis fraternitate, et germana cognatione perimi iubentis et magnificen. ac regali prosapia perempti aggravatum. Porro, quia probi homines actus tales ex inherenti conditione, et actores in quantum huius detestantum, iuxta illud. Iniquos odio habui, etc., et in Prover. xix [Proverbs, 29, 27], abhominantur iusi impium proceres, probosque homines regni numerosos qui eisdem sceleratis non adhibebant, sed actum et iniquitates illorum execrabantur publice et hostili more vi armata per strages horribiles villa Parhisiensi, ubi rex presentialiter existerat sub nomine Armaniacorum scelerati huiusmodi ut vineam hanc solide valerent obtinere, quamvis quicumque securius in dicta villa capitali debuisset securitatem sequi pleniorum iuxta dictum legis, ubi legislator sic ait: Nihil in committatu nostro timere debuisti, ubi enim queretur securitas, si in regis presentia perdita demonstratur, sed similes dicti scelerati fuerunt regi Babylonis, qui fortes terre substulit, ut regnum ei esset humile, et non tolleretur ab eodem, ut habetur in historia Ezechielis xvii [Ezechiel, 17, 13-14].

§3.8.1.6 Ex quibus patet, quod hostiliter innumeratos viros^{†gl} utriusque status sic perimentis homicidia, vim publica, portum armorum in villa capituli, et stragem, ac seditiones, tumultus et insultus contra statum regni, pacem et prosperitatem, et consequenter crimen lese ma. iuxta l. i. et ii. ad le. jul. ma. [Dig., 48, 4, 1 & 2] horribiliter commiserunt. dicitur enim in l. predicta quod is cuius dolo homines armati sunt in urbe vel seditio in ibi fit vel tumultus, crimen committit lese maie. [76r].

§3.8.1.7 Proinde deficientes huiusmodi non reatus agnoscentes, sed illos defendentes cetus et agmina corruerunt armatorum guerram contra quascunque villas, patrias, et provincias regni ei non adherentes, sed suos reatus detestantes, ac personas utriusque status facien. patrias, etiam villas et supposita quecunque invadentes diripientes, occupantes ecclesias, virgines et maritatas violantes ac corruptentes, et rapiantes domos, ecclesias, villas, et cetera incendentes, et alia

THIRD TRACT

§3.8.1.8 *Who committed not only homicide but also adultery, arson, sacrilege...etc. that disrupted the peace and quiet of the kingdom and the prosperity of its subjects.*

§3.8.2.1 *They have set up a government preempting the rights of the Dauphin.*

§3.8.2.2 *They have committed lese majesty.*

§3.8.2.3 *They have seduced the imbeciles, peasant, artisans, by various deceitful and hypocritical arguments that they are the legitimate rulers.*

innumerabilia fore facta perpetrantes contra prohibitiones penales, regias, precepta multiplicata illas et ea diutius rebelliter contemnentis, et regi in cunctis notorie, et semper cum omni resistentes et rebell. inobedientes.

§3.8.1.8 Ex quibus evidenter nedum homicidia sed etiam adulteria, incendia, sacrilegia, furta, rapinas, extortiones, incestus virginum, etiam deo dicatarum et coniugatarum, inobedientias rebelliones violentas, ac portus armorum, cetus armatorum, et latrunculorum adversus quietem et pacem regni, et illius suppositorum prosperitatem pertingerent.

§3.8.2.1 Insuper in villis munitionibusque et patriis occupatis dominium et regimen sibi occupan. officiales instituunt, officarios regios, destruunt redditus, et obventiones regias tam ex dominio quam ex iuvaminibus regiis, pro defensione regni stabilitis sibi occuparunt, et aliter tyrannico more in omnibus procedentes dominium et regni regimen tyrannice sibi usurpantes, et repellentes vi armata et verbis contemeliosis illustrem Carolum dalphinum regis unigenitum, ad quem solum regimen regni insolidum (ut predeclaratum est) pertinet et incumbit.

§3.8.2.2 Ex quibus crimen lese maiestatis in suo [primo capite](#)^{†gl} commiserunt, nam de directo se opposuerunt contra prosperitatem et securitatem regni, ac honorem et dominium regi se sic in illo intruden. ideo etc., ut [l. i. ad le. iu. maie.](#) [[Cod.](#), 9, 8, 1] et in [extravagan. quoniam](#) [[Feudal](#)][Extravag. Tit. II](#)], quicumque enim subditus tyrannice in regno utens procul dubio hoc crimen committit, ut no. per Bart. in [tract. de tyran.](#) [[Bartolus](#), PENDING] et dixi supra in materia et trac. de tyran., pro quo id quod habetur literaliter in [c. in nomine domini, xxiii. distin.](#) [[Decretum](#), I, 23, 1] ubi dicitur quod tales invasores sunt, ut Antichristus malus [76v] et regni destructores, et abiiciendi ut ille, ut ibi in tex.

§3.8.2.3 Ultra tyrannus, sive infideles predicti, supposita regni potissime plebem, id est imbecillem populum, agricolas, ministeriales, sive artifices facillime deceptibiles, per varia commenta decipientes sub mendosis suggestionibus annuentes eis verbis gratis, et in dolo dicentes quod intendebant reducere regnum ad omnem libertatem et subsidia et onera imposita a rege auferre, more [hypocritarum](#)^{†gl}, qui exterius boni videntur, intus autem pleni omni iniquitate, seducentes vero suam perversas sectam et iniquam perstraxerunt a regis fidelitate et obedientia illos obnoxius divertentes, similes Absalon qui per oscula, id est fraudes et machinata commenta, atque varia blandimenta plebem ad suam iniquitatem protraxit a fidelitate regis David, et obediens. illos revocando, sicut et Abymelech similiter regimen regni Israel sibi per suggestiones perversas et iniqua blandimenta usurpavit, plebem Sichem decipiens regimini se intrusit fratribus ad quos spectat procul pulsus, ut hec habentur historialiter 2 Reg. xv [[2 Kings](#), 15, 10ff] et Iudi. ix

THIRD TRACT

- §3.8.2.4 *Further, they seduce some from the true catholic faith.*
- §3.8.2.5 *The lower classes (under various headings of peasant and craftsmen) are raised in rebellion, and dissidence among the mystical members of the kingdom.*
- §3.8.2.6 *They have split asunder the unity of the head from the mystical members of the kingdom.*
-

[Judges, 9]. Nemo enim dubitat, quum facere ligas, conspirationes, machinationes, coniurationes et colligationes populi, sit de directo contra bonum et statum regis et regni honoremque, pacem, et prosperitatem, ut habentur aperte in extravag. quoniam [(Feudal) *Extravag.*, Tit. II], et ibi per Bar. et optime probatur ut habetur in c. i, §conventicula, de pa. iur. fir. [*Lib. feud.*, II, 53, §Conventicula], ubi ad literam hec prohibentur facit 1. i. C. de monopo. [Cod., 4, 59, 1].

- §3.8.2.4 Preterea divisiones, zizania et schismata varia dicti infideles et rebelles in regno commiserunt, alios ad se et sectam suam infidelem protrahentes, alios aut regi videlicet et domino dalphino regis unigenito obedientes Armygniacos in odium comitis Armygniaci connestabularii Francie nuncupantes, et cum illo capiebant trucidantes, et necantes, et ultra quam infideles a fide catholica Christianos affligant, illos inaniter consumentes.

- §3.8.2.5 Et (quod dolentes refertur) agricolas, artifices, ut satores, carpentarios, semellatores et similes ad rebelliones et armatas congregationes et seditiosos, insultus suscitaverunt et commoverunt sic inter membra mystica regni, et membra, et regem ac eius unigenitum dissidis, guerra, seditiones, et bellicos insultus conserentes, et comismiscentes deteriores Judeis, qui unitatem [77r] vestis Christi nullo medo dirumpentes sorti illam commiserunt dicentes. Non scindamus eam, Jo. xix. [John, 19, 24].

- §3.8.2.6 Quis enim sane mentis ignorat, quin evidenter ex his scindatur unitas capitis ad membra regni mystica et membrorum invicem, et consequenter sequatur totius regni desolatio eradicans, iuxta illud verbum. Omne regnum in se divisum desolabitur etc. Et illud Diony. [PENDING]: Non est nec esse potest multitudo non participans uno quia ens, et unum continentur, et ideo nil est existentium quam in uno non participet, uno id est unitate, sine qua nihil secundum eum et idcirco evidenter hec sunt opposita statim, honori, prosperitati, et existentie regis et regni. Et ideo formaliter causant crimen lese maie. per tex. 1. i, ii et iii. ad le. iuli. maie. [Dig., 48, 16, 1-3], ubi hec probantur ad literam. Nonne enim per talia pax regni tranquillitas et quies eius et fidelitas tollitur regis ac supposita, et econtra, et inter eadem igitur etc. ut d. 1. ubi dicitur quod quidquid mollitur adversus regni securitatem et prosperitatem est, et cedit contra eius maiestatem, talia enim eradicant huiusmodi securitatem, pacem et quietem, igitur etc. et pro his accedat c. allegat. de pa. iu. fir. [*Lib. feud.*, II, 53, §Conventicula].

THIRD TRACT

- §3.8.2.7 *The violators of peace claim to be faithful, and sometimes profess fidelity, but they err.*
- §3.8.2.8 *Violators of the peace—infidels, perjurers, traitors—may call themselves faithful but their actions reveal otherwise. Many patrias, such as Burgundy, Picardy, Normandy, Franche-Comté are rebels against the king and his only-born son, as are many cities, towns, villas and fornications, such as Paris, Rouen, Chartres, Arras, Reims, Amiens and many others. Many cities in the Languedoc have adhered to the rebels—Toulouse, Carcassone, Beziers, Narbonne, Agen, Montpellier, Uze, Alès—as has the whole Patria-d’oc with the exception of Velay, Gévaudan, Vivarais and the mountain castle of St. André near Avignon, and the castles of Pedenacius (?) and Capreri (?)*
-

§3.8.2.7 Ulterius huiusmodi scelerati pacem sepius iuratam et firmatam violaverunt captiones villarum, suppositorum, et fidelium trucidationes facientes illis non advertentibus, sed fidentibus sub velamine pacis facte similes Bachidi et Alchino, qui contra iusiurandum et pacem permissum multos ex Israel occiderunt, Mat. [read: Machab.] 7, [1 Machabees 7, 9ff].

§3.8.2.8 Sic quod violatores pacis infideles, periuri, perditores, exterius fideles se dicentes, proprium actum facientes regi et regno rebelles evidenter comprobantur pacem ex praedictis, et ex eis quod dicta sunt supra quum de infidelitate, perditione et rebellione ageret, unde de illis potuit dici quod habetur Mat. vii. [Matthew, 7, 5]: Non est in eis veritas, nec iudicium. Prohdolor quia natura^{†gt} pro[77v]clivior in malum est ab adolescentia, et facilius committitur malum quam bonum quia plures vie eius, ut habetur ii. etycorum [Aristotle, PENDING], et plura sunt membra diaboli quam christi, plures sunt vocati etc., plures patrie, ut Burgundia, Picardia, Normania, Francia primo prevaricate sunt regi et eius unigenito rebellantes, sicut et adversatrix Israel primo domino fuit fornicata, quod videns lingua Occitana soror dictarum similis iude prevaricatori similiter fornicata ext, sicut et alie supradicte et falsitate fornicationis sue communicaverunt terram, sicut in simili legitur Hier. viii [Jeremiah, 8, 9], unde dicte patrie fornicatrices, et plures civitates, ville, oppidi et mitiones, ut Parhisius, Rothamagum, Carnotum, Atrabatum, Remis, Ambiani, et alie multe in lingua Occitana, Tholosa, Carcassona, Bitteris, Narbona, Agathe, Monspessulanus, Uecia, Alescim, et universaliter tot patria Occitana (patriis tamen Vallani, Gaballitani, Vivarien. ac Castrorupium sancti Andree, prope Avinionem villis, et Castro belli, Pedenacii, et Capreris dumtaxat exceptis) ex propria malitia, protervitate et omni iniquitate dictis rebellibus infidelibus et tyrannus pleno posse, et intenso animo adheserunt et adherent se in omnibus similes eis constituten. ac consortes diligentesque magis tenebras quam lucem, filium (quod lux est) regem nolunt, sed exteros, id est tenebras, lucem semper repellentes, quia qui male agit odit lucem, hec habentur Joan. iii. [John, 3, 20] Deteriores bobus cui cognoscunt possessorem suum, et asino Christum in presepio agnoscitur, ipsi autem cominum non intellexerunt, Esa capite i [Isaiah, 1, 3].

THIRD TRACT

§3.8.3.1 *They have adhered in the following ways: First, inasmuch as the towns and patrias— and among them especially the patria-d’oc and its chief cities, Toulouse and Bezier—have been the leaders in all the rebellions against the king and kingdom committed anywhere in the patria-d’oc, they are esteemed the authors and principal contrivers.*

§3.8.3.2 *Names of certain rebels given, and their selling loyalty compared to Judas’ betrayal.*

§3.8.3.1 Adheserunt autem ut consortes plurisariam dicte patrie, civitates, ville, castra cum complicibus, dictis sceleratis, et inter cetera modo et forma se sequentibus.

Primo namque dicte ville et patrie, et inter ceteras saltem patria Occitana et ville eius maxime Tholosas et Bicterris que in cunctis rebellionibus et sceleribus adversus regem et regnum usquam in patria Occitana commissis capita actores, principalesque machinatores extiterunt; iuxta illud Esaie. xlvii [Isaiah, 47, 12]: In multitudine maleficiorum in quibus laborasti ab adolescentia tua etc. Et illud Deuteronom. ix, [Deuter., 9, 24]: Frater fuistis rebelles, et inobedientes adeuntes.

§3.8.3.2 Requieverunt, ut ad patriam occitanam venientes illam occuparent, ut sub eorum supponerent ditione dantes illis pecunias ad hec, ut exequerentur et plures pollicentes coadunantibus et conspirantibus ac adheren. deven. M. scu. Caroli, P. [PENDING]ponchuti Victore et Antonio barronis, Guilielmo salvatore, Antonio statisse, Joanne de Ilice [Elehe?] et eius patre, et tota eorum congregatione Raymundo bene quorum parentes pariter regi rebelles diu ante fuerunt, inobedientes, et proditores, et ut tales coniuncti fuerint componen. et confessi et ipsi iam dicti (quemadmodum patres eorum) conversi sunt in archum pravum, ut habetur in Psal. [Psalm 77, 57] ac bened. vaqueris et rodassacii canonicis ecclesie nemen, cum multis aliis complicibus in hac parte contra quos scribitur Eze. xvi. [Ezechiel, 16, 33-34]. ubi dicitur: Tales esse nequiores meretricibus^{†gl}, quibus dantur mercedes isti autem mercedes dederint amatoribus suis predictis, ut intrarent ad se undique ad fornicandum cum eis contra consuetudinem fornicario[79r]rum facien., ut habetur in dicto capitulo, et Hozee octavo capitulo [Hosea, 8, 9]. Similes autem sunt Iude proditori, qui (sicut illi) abiit ad principes sacerdotum etc., sed eo deteriores quia hi pecunias promiserunt et tradiderunt ad perficiendam proditionem, ille autem pro prodendo Christum pecunias expetit dicens, quod vultis mihi dare etc., Matth. capitulo vigesimosexto [Matthew, 26,15]. Et quia ex inherenti propria malitia (sicut prefertur) demoni similes peccaverunt, aliunde non suggesti, ut indulgerentur per alium iuvari non debuerunt, neque debent, iuxta ea que leguntur secundo sententiarum distinctione vigesimaprime [Decretum, I, 21, 2].

THIRD TRACT

§3.8.3.3 *Not only secular personages but also ecclesiastics.*

§3.8.3.4 *Others who adhere (to evildoers) in mind or spirit or by allegiance are not less evil.*

§3.8.3.3 Multi etiam alii tam seculares quam episcopi et ecclesiastici adheuerunt in his et sequentibus, et adherent, iuxta id quod habentur in libro Hozee propheta in quarto capitulo [Hozea, 4, 9]: Et erit sicut populus, sic sacerdos. Et alibi certe habes. A propheta usque ad sacerdotum, cuncti faciunt dolum. Hieremie propheta in sexto capitulo [Jeremiah, 6, 13]: Quorum nomina in hoc libro propter pluralitatem omittuntur, tamen inter huiusmodi adherentes, consortes, et complices triplex conditio eorum reperitur, quidam qui principes, capita, et actores, et seductores ex intrata, et apparentibus sortita conditione principales in his sceleribus tyrannicis, ac rebellionibus sunt et extiterunt, ut stint prenominati, sepe enim solet filius similis esse patri. Et ideo tales predicti de iure presumuntur, ut in lege incipiente, quod si nolit, quod si assidua in titulo de edilitio edicto, et redhibitoria actione [Dig., 21, 1, 31]. Et illud prophe. Esaie in capitulo quinquagesimoseptimo [Isaiah, 57, 3-4]: Filii scelesti, filii auguratricis, femine mendax, femine adultere, et maxime in criminibus infidelitatis, inobediencie, rebellionis, prodicionis, et lese maiestatis in quibus paterni, hoc est hereditarii criminis exempla timentur, ut habetur textualiter in lege incipiente quisquis, in rubrica ad legem iuliam maiestatis [Cod., 9, 8, 5]. Et ita in prenominati actu verum fore edocet manifesta experientia, omnium manifestationum et probationum magistra, ut in capitulo incipiente quam sit, de electionibus, libro sexto [Lib. Sext., I, 6, 6]. [79v]

§3.8.3.4 Alii sunt his nihilominus, qui animo et mente adserint et adherent ut consortes his cum cunctis maleficiis, prodicionibus, inobedienciis, rebellionibus, ac sceleribus consilia secreto prebentes, et sermone claviculo approbantes cum illis conversan. et consensum autoritatis illis tribuentes, publice vero actualiter cum illis non equiparantur verbo, nec opere futurum dubitam, exitum, sed secreto apud simplices illos commendant diebus festis, missis et ecclesias frequentant coram simplicibus autoritates divinas allegant, vitia verbotenus detestantes, exterius boni apparentes, interius vero omnium pleni iniquitate, superbia, avaritia, cupiditate, et invidia, cum omni plenitudine abundantes sciunt, que illis fuerunt conversati populum simplicem seducentes credentem tenaciter quecunque dicta, facta, et approbata, et commendata per eos solum ex illorum presentia fore facta et immaculata arentibus simplicibus, talis hec dixit talis in his interfuit facientibus ex hoc, consequentiam ergo cuncta bona, cuncta prospera, heu bone Jesu cur permittis tales idiotas, presumptuosos, mendaces opibus simulatores, et hipocritas, sic vidi bonos et populum tuum decipere, certe propter peccata populi tui, ut scribitur Job. xxxiiii [Job, 34, 30] ro. populus illud verbum dominicum advertisset, nolite audire verba huiusmodi prophetarum, qui vobis prophetant, et deipiunt vos, visionem cordis sui loquuntur, et non de ore domini, a talibus enim egressa est omnis pollutio, super omnem terrain. Hiere. xxiii [Jeremiah, 23, 15] contra quos Esaia sic inquit: Veh qui profundi estis corde, ut a domino absconditis consiliuin, quorum sunt in tenebris opera, Esa. xxix [Isaiah, 29, 15]. Et ideo sic contra hos veritas in evangelio: Attendite a sermento horum phariseorum, quod est hipocrisis, Luce. xii [Luke, 12, 1].

THIRD TRACT

- §3.8.3.5 *Many conceal their desertion of the king and the Dauphin.*
§3.8.3.6 *Secret foes are more iniquitous than open ones.*
§3.8.3.7 *Loyal persons have been prosecuted.*
-

§3.8.3.5 Quidam equidem suorum Francorum nequitiam tegere nescientes iuxta illud capi. xiiii. Job [Job, 9, 20]: Si iustificare me voluero, os meum me condemnabit in secretis male loqui pluries, et plures contra regem et eius unigenitum dominum dalphinum, ac suos illis obsequentes cessare nequiverunt plus potente lingua eorum in veritate, quam potuerit mens secreta illorum in simulationime et falsitate, iuxta illud: Dominicum non est occultum quod non manifestetur, nec absconditum quod non cognoscatur etc. et iuxta dictam autoritatem si iustificare me voluero etc., et illud Job conceptum sermonem quis tenere poterit; Job quarto capite [Job, 4, 2]. Attibus etiam evidentibus quidem suam latentem suam adherentiam, et consocietatem detegentes gentes regis et domini dalphini sugerunt, et quamcito potuerunt ad loca que fugerant ad obedientiam sceleratorum, infidelium et rebellium reducta mox revertentes eisdem infidehibus scelereatis et rebellibus adherentes cum illis cohabitant, et conversantur locumten. et officarii regis et domini dalphini nullam adhibentes obedientiam aut fidehitatem, sed cum infidelibus resistentes, similes transfugis qui ut proditores (derelictis fidelibus) ad hostes imperii et domini se transferunt, et tanquam hostes habentur ut l. proditor, de re mili. [Dig., 49, 16, 7].

§3.8.3.6 De talibus quid dicam vere illud quod de his^{†gl} loquitur beatus princeps apostolorum, xciii. distin. [Decretum, I, 93, 1], ubi inquit quod tales hostes nequiores sunt, quam his qui animo manifeste adversant, hinc dicitur, quod grave est discedere a proposito sed gravissimum est simulare propositum, secundum Aug., et gravius est peccare per hipocrisi quam manifeste, ut hec habentur xii. q. i [Decretum, II, 12, 1, 18], certe ergo enim tales proditores sunt, unum exterius, aliud agentes interius, et unum pro uno secreto, et non aperte etc. ut i. alleg. §penul. de his qui no. inf. [Dig., 3, 2, 1] hinc dicitur, quomodo dicis, quam amas me, quum animus tuus non sit mecum, Iudi. xvi. [Judges, 16, 15]. Tales enim similes dicuntur lamine animali, cuius facies est hominum similis, membra autem cetera brutalia sunt, secundum Grego. [PENDING] et refertur Jo. Janven. [Giov. Genoa, PENDING ____] super hoc ver. sic. et isti externis scilicet in facie videntur homines, et boni in memoris, scilicet interioribus et secretis operationibus sunt perversi et brutales.

§3.8.3.7 Alii vero sunt adherentes ac obedientes omnino dictis sceleratis apte, verbo et opere sub ducatu, cum et regimine predictorum principum malitie et rebellionis, ac seducti et nutriti in eorum rebellionem per predictos principes rebellionum et dictos hipocritas et dissimulatores, et his sunt ex plebibus multi, qui alius hec non fecissent, et his minus delinquerunt in aliqua circumstantia hacumque (?) quare (?) sub ducatu et suggestionem aliorum cum aliis rebellaverunt sicut dicitur sub consideratione hac, minus peccant per propriam malitiam etc., ut legitur in ii. sen., xxi et xxii dist. [P. Lombard?]

THIRD TRACT

§3.8.4.1 *Certain patrias & towns, though not acting in complicity with others, have rebelled out of their own devilish malice, and put themselves in the hands of the lord Dorguellus, prince of Auray occupying the patria-d'oc in the manner of a tyrant, and for the utility of the duke of Burgundy, in the way that the people of Israel rebelling from David adhered to Absalon.*

§3.8.4.2 *These towns do not recognize any power held by the king.*

§3.8.4.3 *Royal taxes are delivered to the Duke of Burgundy or Dorguellus.*

§3.8.4.4 *Royal officials disobeyed.*

§3.8.4.1 Ceterum dicte patrie et ville cum complicibus non inducte nec suggeste, sed ex propria malitia demonaco more rebellaverunt adversus regem et eius unigenitum obedien. libere seque et sua supponen. in manibus, potestate et ditione domini Dorguelli principis Aurayce tyrannico more patriam occitanam occupan. nomine et ad utilitatem predicti ducis Burgundie similes mul[80r]tis ex populo Israel qui regi David rebellantes, Absalon tyranno adhererunt, ii Regum xv [2 Kings, 15, 10ff], se sic alieno dominio mancipantes et sui veri domini iussa contemnentes, sicut et primi parentis, ut habetur iii. sen. [read: pen.] dist. xx. [Decretum, II, 33, 3 (Tract. de poenitentia), 3, 20].

§3.8.4.2 Profecto dicte patrie, civitates, et ville dicto Dorguelli obediverunt longe diu nullam potestatem a rege mediatam, aut immediatam habenti civitates, castra, et munitiones aperiendo illi, et suis omnem obedientiam et fidehitatem faciendo, sicut veri fideles et subditi suo regi facere consueverunt, domino autem dalphino omnem facientes rebellionem, dicentes, Si iustificare hunc regnare super nos, sicut et illi perversi, de quibus scribit Luc. xix [Luke, 19. 14], ubi est historia sive parabola huius.

§3.8.4.3 Ceterum patrie, ville, et civitates cum complicibus supradictis pecunias regias, et regi ad causam domainii, et juvaminum, et aliter pertinentes et debitas quascunque in patria Gallicana et Burgundie, duci Burgundie et suis tradiderunt, et in patriam Occitana dicto Dorguelli pariter deliberaverunt omnia devesia regia illi expediendo, omnino regi et eius unigenito inclyto domino dalphino easdem pecunias, res, et devesia substrahentes et abnegantes, sic et aliter sensum suum evertentes, et declinantes oculos suos, ne viderent celum, immemores Judeorum iustorum, Danie. xiii. [Daniel, 13, 9]

§3.8.4.4 Preterea officarii et receptores regii a quibus egressa est iniquitas qui videbantur regere populum. Danie. xiii [Daniel, 13, 5] similiter omnes pecunias et bona regia que habebant dicto Dorguelli in patria Occitana nomine dicti ducis Burgundie expediverunt et realiter tradiderunt illas regi et eius unigenito domino dalphino, substrahentes et abnegantes, ita quod omnes habitatores et gentes utriusque status (paucis exceptis) omnia bona, res pecunias et devesia et iura quecunque regi et eius unigenito substraxerunt, illis illos spoliando sua temeritate, infideliteque praesumptiva deliberaverunt.

THIRD TRACT

- §3.8.4.5 *Royal goods entrusted to cities delivered to the disloyal faction.*
- §3.8.4.6 *Lesser vassals in Occitania have sworn loyalty to Dorguellus.*
- §3.8.4.7 *Nobles give oath of fidelity to Dorguellus, acting in the name of Burgundy & the queen.*
- §3.8.4.8 *Burgundy's deceitful claims to have power to rule.*
- §3.8.4.9 *Burgundy extracts oaths of allegiance.*
- §3.8.4.10 *Biblical analogues.*
-

§3.8.4.5 Similiter castellani, et castrorum, et munitioum, et villarum regiarum custodes castra, villas, et munitiones a rege sibi custodiendas tradictas dictis infidelibus inobedien. et yrannis tradiderunt, et plenarie expederunt, omnem obedientiam illis impendendo.

§3.8.4.6 Rursum nobiles cuncti minimi valvassores et alii in partibus Gallie in Occitanis vero partibus vicecomes Ucetie et alii minores nobiles in cunctis Dorguelli nomine dicti ducis omnem fecerunt obedientiam de personis, castris, et villis, et aliter omnimodo, ut ceteri auxilium, consilium, quamcunque favorem impartientes eisdem.

Et ut dicatur a volucre celi, id est superioribus usque [ad pecora](#)^{†gl}, id est inferiores transmigraverunt, et recesserunt scilicet a domino suo. Hiere. ix. [[Jeremiah, 9, 10](#)], paucis exceptis.

§3.8.4.7 Verumtamen quod gravius est iuramenta fidelitatis fecerunt dicto Dorguelli nomine dicti ducis et regine, et hec nedum innobiles quicunque, sed et pariter nobiles multi et minores nobiles quasi omnes utinam autem non dixerint illud quod Nume. xiiii [[Numbers, 14, 4](#)]. scribitur: Constituamus nobis ducem, et revertamur in Egyptum etc. [80v]

§3.8.4.8 Ut autem colorem, aliquam confingerent ad tegendum huiusmodi infidelitates, proditiones et rebelliones in patracionibus huiusmodi iuramentorum fidelitatis dicto duci Burgundie prestitorum personam regis abiecerunt, et regimine (quam cum omni falsitate locumtenen. regis asserebant) tamen nunquam exhibuerunt, nec apparebit, quod regina unquam habuerit potestatem, sed hoc falso asserverunt ad aliquid sub mendaciis suam malitiam contegendam.

§3.8.4.9 Prohdolor hec iuramenta prestiterunt dicto duci (ut prefertur) quamvis prius nobilis patriarum Occitane et Gallie, et immobiles, et gentes utriusque status contraria iuramenta, videlicet de non obediendo eidem duci, aut alteri, nisi solis regi et eius unigenito domini ante prestitissent, sicut tenebantur et iurassent, et si hec iuramenta prius in pravam fidem irritum fecerunt suam sic damnationem habentes ut scribitur 1 ad Thimot. v [[1 Timothy, 5, 12](#)].

§3.8.4.10 Porro multi proceres et probi non commiscentes hec iniqua huiusmodi agentibus, sed obedientes ecclesiam malignantium, sicut Mathathias et sui, que habebant in civitatibus relinquentes extra regnum obscesserunt, preeligentes etiam abiectos esse in domo domini sui, quam habitare in tabernaculis peccatorum, ut scribitur in psal. [[Psalm 83, 11](#)]

THIRD TRACT

- §3.8.4.11 *Loyal persons have been prosecuted.*
- §3.8.5.1 *There was no excuse for the the subjects in many provinces and cities to abandon the royal mandate in favor of the orders of the intruder.*
- §3.8.5.2 *But many provinces and cities did resist the rebels and infidels.*
- §3.8.5.3 *Those who feign inability to resist the invaders but submit to them, and obey them willingly, partake of the invader's tyranny and share in the crime of lese majesty.*
-

- §3.8.4.11 Ulterius dicta patria Occitana, villeque civitates, et castra cum complicibus omnes proceres, et optimos homines (qui regi, et eius unigenito domino dalphino obedire cupiebant, et consueverant) persecuti sunt, dicentes. Venite, et disperdamus eos de gente, et non memoremur nomen eorum ultra, ut habetur in Psal. [Psalms 82, 5] Odientes propter dominum dalphinum, iuxta illud. Tradent vos, et eritis odio omnibus gentibus, propter nomen meum, Mat. xxiiii [Matthew 24, 9] taliter quod illos ad patrias remotas fugere oportuit, eorum bona diripientes, substrahentes et depredantes, quos ex illis reperire potuerunt exterminando per manus gentium, et fautorum dictorum ducis, et Dorguelli, similes prepositis, et gentibus Antiochi qui quoscunque observantes zelum domini trucidabant, propter quod Mathathias et filii, legem domini zelantes, quecunque habebant in civitate relinquentes fugerunt ad montes, sicut et plurimi nunc propter zelum regis et eius unigeniti. (ut predicatur) transfugerunt bona sua cuncta in manu infidelium dimittentes, ut prefertur.
- §3.8.5.1 Plane excessus iam dictos dicte patrie, villa, civitates ac complices peregerunt, post et contra prohibitiones ac precepta multiplicata regia et iuramenta per eas et earum supposita regi, et suis prestita, et iurata similes filiis Israel, plerumque audientes mandata domini, omnia faciebant, Iudi. ii [Judges, 2, 17]. Et omnes simul confregerunt iugum scilicet fidelitatis et ruperunt vincula. scilicet obedientie, ut habetur Hier. v. [Jeremiah, 5, 5], et ideo nullatenus excusabilis, nam excusatio omnis tollitur ubi mandatum non ignoratur, ut habetur in ii. senten. [read: poeniten.] dist. xxii. [Decretum, II, 33, 3 (Tract. de poenitentia), 2, 22].
- §3.8.5.2 Et per perorata, et alia, que longissimum foret describere patrie, villa, et civitates, loca, et complices, alie multe villa dictis rebellibus et infidelibus ac sceleratis animo adherentes, cum plena obedientia se a fidelitate regis et eius unigeniti domini dalphini proternitur, ac cum omni rebellionem substraxerunt, eundem unigenitum a regimine regni suo posse expellentes, at eidem ac suis cum armis totis viribus diutius resistentes, inobedientie et rebellionis opera faciendo, nolentes illum regere super se, ut de similibus perversis scribitur, Luce. xix [Luke, 19, 27] .
- §3.8.5.3 Sic itaque patet ex dictis, quod patrie, ville, civitates predicte cum complicibus in eo, quod obediverunt alii quam regi et eius unigenito, et ab illorum aut alterius illorum obedientia et fidelitate se substraxerunt infidelitatem, prodicionem, rebellionem commiserunt ex pluribus, tum quia potestatem nullam habenti, sed intruso obediverunt ex propria malicia, et nequam sine perversa et libera voluntate, iuxta id quod habetur xxiii. distin. in nomine domini [Decretum, I, 23, 1], ubi dicitur quod talis intrusus est, et invasor sicut antichristus, et est verus tyrannus, ut patet ex

THIRD TRACT

§3.8.5.4 *Also committing lese majesty were those who did not resist aid being given to the enemies of the Dauphin.*

definitione tyranni posita supra in trac. de tyran. [Bartolus, PENDING] et qui obedit tyranno infidelis est, et committit crimen lese maiestatis, ut supra dictum est ibidem igitur etc. tum quia, ut dicitur in evan. Matt. xv [Matthew, 15, 13]: Omnis plantatio quam non plantavit pater meus eradicabitur etc.; nam ut dicitur Matt. xxiv. [Matthew, 24, 5]: Multi venient in nomine meo dicentes Ego sum, et seducunt multos, nolite post eos ire; Luc. xxi [Luke, 21, 8]. Nonne sic fecit electus Gedon, qui angelo non credidit eum esse, qui prehabito signo. Iudi. vi. [Judges, 6, 22]. Tum quia tradiderunt dictis infidelibus et hostibus pecunias regis et alia, ac villas, castra, munitiones aliumque favorem consilium etc., similes proditoribus Sichen, qui Abymelech tyranno lxx pondo argenti dephare tradiderunt, Iudi. ix [Judges, 9, 4], et consequenter infideles et commiserunt crimen lese maiestatis, ut l. i. § locave occupentur [Dig. 48, 4, 1]. et in l. iii. ibi castrave conce. ad legem iuli. ma. [Dig. 48, 4, 3] et quod habent xxii, q. v, c. de forma. [Decretum, II, 33, 5, 18(20)]. Tum quia iuramenta fidelitatis soli regi debita exteris iurantes permiserunt similes [81r] uxoribus, que ad carnales actus solis viris debitos, alios sibi copulant et adiungunt, sicut et ille infidelis sic et isti comprobantur similes etiam idolatris, qui honorem et latriam soli creatori debitor tribuunt creature. Tum quia soli verbo, et simplici dicti Dorguelli et complicum potestatem se habere asseverantium crediderunt contra prohibitiones regias, sic etiam facillime legitur demoni assensisse, agentes contra illud quod scribitur in simili in evangelio: Prodeuntes, ubi sic dicitur si quid vobis dixerit hic est Christus. Illi non credideritis, exnegent enim pseudo et prophete etc., ut habetur Matthei. xxxiii [Matthew 24, 23]. Multi enim perversi se transfigurant in [angelos lucis](#)^{†gl}, ii. ad Corin. in xi. [2 Corin. 11, 14] [8lv] hec enim est credulitas simulata in multis et in alli affectata faciens illos dolosos manifestos similes his, qui mox voluntarii adhibebunt antichristo, cuius vero dicti huiusmodi infideles membra mystica fore perhibentur, et maxime infideles probantur, et rebelles quod contempta prohibitione regis obediverunt. Et sic vere rebelles sunt contra quos in simili scribitur in evangelio: voh tibi Corosa, voh tibi Bethsaida, quia si in Tyro et Sidone facte fuissent virtutes que facte sunt in vobis penitentiam in cilicio, et cinere fecissent; et Joan. xv [John 8, 1] hinc dicitur Esa. xlvi [Isaiah, 48, 5]: predixi tibi ex tunc ante quam venirent, iudicam tibi, ne forte diceres, tales fecerunt etc.

§3.8.5.4 Amplius infideles, proditores et rebelles fuerunt in eo quod regis unitenitum dominum dalphinum, cui iure nature et aliter suo aperto iure regni regimen solum expectat, repulserunt non admiserunt, adversariis eius obsequentes auxilium illis impatiendo, totis conatibus eidem unigenito vi armata, et suis resistentiis cui ad similem fidelitatem ad quam regi patri, ut l. i. § domini, ad sylleia, [Dig., 29, 5, 1] et eodem modo adversus eum resistent. infidelitatem, prodicionem, rebellionem, et lese maiestatis crimen committunt, sive adversus patrem regem. Tunc quia regimen illi competeat regere impedito, ut dictum est, igitur etc., ut. d. c. grandi [Lib. Sext., I, 8 2] et quia super omnes est, iuxta illud Jo. iii [John, 3, 31]: Qui desursum venit, id est qui a patre

THIRD TRACT

§3.8.5.5 *Scriptural analogies to spurious claims by Burgundy and Dorguuello.*

§3.8.5.6 *Those who cohabit and converse with the infidels become like them.*

genitus est, super omnes est, tum quia dominus est et rex iuvenis vivo patre, ut c. cepit. alleg. [*Decretum*, II, 24, 1, 42]. Tum quia idem in natura particulari cum patre et una caro, ut §his autem supra alleg. [*Decretum*, II, 23, 8, 19(§His)], et eadem persona ut 1. si, de impuberi. et allis substitu. [*Cod.*, 6, 26, 11]. Et propterea inquit veritas in evangelio xv [*John*, 15, 23]: Qui odit filium, odit patrem, quia pater et filius unum sunt ut predicatur.

§3.8.5.5 Porro ex eo enim, quod dicti scelerati, ville civitates, patrieque et complices noluerunt dictum dominum dalphinum regere regnum etc. maxime quum ad eum solum expectet se constituerunt formaliter eius inimicos, iuxta illud Luce. xix [*Luke*, 19, 27]: Verumtamen inimicos meos, qui nolunt me regnare super se, adducite mihi etc.; hinc in evange.: Contra tales ego veni in nomine patris mei, et non acceptistis me, qui scilicet sum dominus cum patre; et si alius venerit nomine eius scilicet conficto, videlicet dux Burgundie sive dominus Dorguelli, illum accipietis etc., similes illis impiis colonis, id est subditis, qui videntes filium patrisfami. venientem illum repulerunt. Et utinam dicti infideles, civitates et ville cum complicibus obitum dicti unigeniti ex suis non desyderaverint precordiis, sicut dicti iniqui coloni optaverunt, ut hec habentur Matt. xxi [*Matthew*, 21]; sed contra dictos rebelles apostolus ad Corint. xii [*1 Corin.*, 12], sic (ait) oportet eum, scilicet illustrem dalphinum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus eius etc., ut ibi illum equidem, scilicet filium orestem, scilicet in dominatione oportet adversarios autem eius minui Jo. viii [*John*, 8, 35]: Servus autem non manet in domo in eternum, id est dux Burgundie in domo regis, id est in regno filius autem manet in eternum. Jo. viii [*John*, 8, 35] quod concedere dignetur, ex cuius benedicto ore processit id verbum, qui vivit, et regnat benedictus etc.

§3.8.5.6 Hostes autem regis, et eius unigeniti se esse dicte patrie, ville, civitates et complices factis confitentur plurimis et interea, nam hostibus, adversariisque dicti unigeniti conversantur, cohabitant et obediunt illos adeuntes, et eundem unigenitum, et eius genitis profugient contra illud Petri apostolorum principis, qui sic inquit: si inimicus est superior vester alicui nolite esse animum illo etc., et advertite vos ab eius, quibus sentitis illum adversum. Et infra: Si vero aliquis amicus fuerit his quibus ipse non loquitur; hinc apostolus 1 ad Corin. v. [*1 Corin.*, 5, 9]: Nolite commiscere fornicariis etc., id est his qui fornicantur a fidelitate. Et alibi idem apostolus: An nescitis, quod qui adheret meretrici, unum membrum efficitur cum ea, 1 ad Corinth. vi. [*1 Corin.*, 6, 16]. Sic et dicte ville, civitates, patrie et complices, obediens et adherentes tyrannis, sceleratis et adversariis dicti domini dalphini etc., unum idem membrum sunt cum illis, ut hec dicta sunt plene supra quum de infidelitate ageretur in xi. conclu.

THIRD TRACT

- §3.8.5.7 *Disobedience to the Dauphin is infidelity in a conventional sense.*
- §3.8.5.8 *Those who persecute provinces, cities, etc. are persecuting the king and the Dauphin.*
- §3.8.5.9 *The father is more offended by the actions of the son, and the lord by those of his subject, than those who are victims of the actions of the son or the subject.*
- §3.8.5.10 *Some provinces, castles and cities—those noble and those not—were not only unfaithful but also committed perjury, since they had publicly sworn faith to the king and Dauphin.*
- §3.8.5.11 *These same provinces, etc., made illicit conspiracies, leagues, and councils, which the king alone could do, whereby they committed lese majesty in another fashion.*

-
- §3.8.5.7 Preterea inobediendo domino dalphino ex hoc illius infideles se constituerunt, quia formaliter inobediens est infidelis ut c. sciendum. viii., q. i [Decretum, II, 8, 1, 9]. et dixi plene supra in i. et ii. conclusionibus, quum egi de infidelitate, unde Esa. xxi. [Isaiah, 21, 2]: Omnis incredulus, scilicet domino infideliter agit.
- §3.8.5.8 Ulterius persequen. dicte patrie, ville, civitates, complices, devotos, et fideles regi ac domino dalphino et eius unigenitum dominum dalphinum pure persecutos esse manifestum est, iuxta verbum veritatis in evangelio quod uni ex his, scilicet discipulis meis feceritis, mihi fecistis, Mat. xxv [Matthew 25, 45] qui vos recipit me recipit, Matt. x. [Matthew 10, 40], et Luce. x [Luke, 10, 16]: Qui vox spernit, me spernit, et eum qui me misit etc.
- §3.8.5.9 Hinc dicitur, quod pater offenditur in filio, et dominus in subdito potissime in quantum filius aut subditus offenditur in quantum huius, ut hoc habentur et probantur xxiiii. q. iii, [c.xi], §sed qui. [Decretum, II, 24, 3, 11] et 1. isti quidem, quod me. cau. [Dig., 4, 2, 8] et ii. q. [82r] vii. accusatio [Decretum, II, 2, 7, 1], et xxiii, q. v, c. ii [Decretum, II, 23, 5, 2], et no. glo. in c. ii. de senten. et re iudi. [Lib. Sext., II, 14, 2], pro quo. 1. item apud, §interdum et §seq., de iniur. [Dig., 47, 10, 15], debuissent enim advertere illud verbum, quisquis unum de his pusillis in me, scilicet dalphinum credentibus scandalizaverit, bonum esset illi magis ut circumdaretur illi mola in collo etc., Mat. xi [Matthew, 11], et Mat. xviii [Matthew, 18, 6], ex quantitate enim et gravitate pene huius apparet gravitas delicti, et quantitas criminis et offensionis illorum qui domino dalphino non obediverunt, iuxta c. non afferamus, in fi., xxiiii, q. 1 [Decretum, II, 24, 1, 21].
- §3.8.5.10 Commiserunt etiam dicte patri, ville, civitates, et nobiles, et innobiles nedum infidelitates, sed etiam periuria cum et prius (sicut predictum est) iurasset publice soli regi, et eius domino unigenito, et non dicto duci aut alteri obedire fidelitatem in omni specie pollicem, similes illi qui fidelitatem fecerat, quam indeviolavit alteri faciendo fidelitatem, et pollicendo, ut habetur historialiter Hosee. xiii [Hosea, 13].
- §3.8.5.11 Fecerunt et simul eadem patrie, et civitates, ville, et complices coniurationes, ligas, conspirationes, consilia, conventiculas illicitas, propria autoritate monopolia in emulationem regis et eius iam dicti unigeniti contra prohibitiones civiles et regia, et de se simul in pertinacibus suis rebellionibus resisten. et in obediens. predictis sustinendo et cuicunque contra easdem

THIRD TRACT

- §3.8.6.1 *Rebellions offer the chance for the old enemy, the king of England, to fish in troubled waters and invade France.*
- §3.8.6.2 *The sane king and the unigenit, along with royal officials and devoted subjects, strove to keep the wild boar (Burgundy and the Armagnacs) out of the vineyard of the kingdom.*
- §3.8.6.3 *Burgundy marches on Paris with 60 soldiers, some mounted.*
- §3.8.6.4 *King and Dauphin levy a “universal tax” to support resistance to Burgundy.*
-

rebelliones acceptant resistendo, nemini enim dubium vertitur, quando hoc crimen lese maiestatis ac prodicionis et rebellionis causaverint et constituent, ut aperte probatur ex conclusionibus supra quum de infidelitate etc. ageretur declaratis ad quas [remittere sufficiat](#)^{†gl} quinimo et [Bart. in extravagan. quoniam](#) [(Feudal) *Extravag.*, Tit. II], ubi habetur conclusio probatur quod principe extstente in regno omnes huiusmodi lige, et conventicule sunt damnate ipso iure per [§conventiculas, de pa. iura. firman.](#) [Lib. feud., II, 53, §Conventicul]

- §3.8.6.1 Rebelliones, perdicionis, scissuras, schismatu, divisiones, infidelitates has contemplans aper de sylva rex Anglie domus inclyte francie hostis antiquus attendens quod hec schismata illam debiliorem faciebant, et quod virtus dispersa debilior est se indivisa, in gurgite pisuari cupiens tribulento vineam hanc regnum Francie subingressus illam occupare incepit per rapinas, directiones, invasiones, aggressiones, predas, et alia hostilia opera, lacerans, et diripiens, patriam normalem suo posse tyrannice occupando, ad hoc propter rebellionem regi factam, et ex hac suam et unigeniti sui examinatum potentiam prosilire animosus.

- §3.8.6.2 Sanus rex et eius dictus unigenitus cum consilio et providentia, B., comitis Armyniaci connestabularii, regis cancellarii, et aliorum illustrium de domo regis et consistorio, militum, procerum, et aliorum optimatum tam ecclesiasticorum quam secularium adiuti suffragiis, aprum predictum de vinea sua cum magis consuetis expellere attentavit.

- §3.8.6.3 Sed non auxilium ad hec sed exilium prebens, et nocumen, quum dux Burgundie, et armatorum cetus, et agmina ad lx (ut dicebatur) hominum sive equorum milia, ante Parhisius in regis emulationem et regni, ubi idem rex cum eius serenissima coniuge et illustri unigenito personaliter aderat deducere non expavit, et illa dispergens per Franciam, villas, et patriam regis, cum his fere occupavit, et reginam extra turonis ubi erat, secum quo placuit, adduxit, et agmina predicta armatorum inter Parhisius, et gene. Aprinas interfere non omisit.

- §3.8.6.4 Rex vero, et eius unigenitus regnum, nihilominus illi batum observare nitebatur, ad quod ut efficacius facerent [pecunias](#)^{†gl} quod ad talia, et que[83r]cunque alia instrumenta fore necessaria, et sine quibus in talibus nihil, ut habetur plene, et deducitur per philosophum in primo libro etycorum [PENDING Aristotle Ethics 1], ubi concludit quod illis egentem impossibile est bene operari, tallium universale in regno induxerunt, et post temporis decursum auxilium hominum de patriis regni singulis postposuerunt, qui ad expellendum aprum de regno suffragium adhiberent opportunum.

THIRD TRACT

- §3.8.6.5 *Troops are rendered seditious by the rebels.*
- §3.8.6.6 *Taxes usurped by rebels.*
- §3.8.6.7 *King and Dauphin don't get a penny.*
- §3.8.6.8 *King of England likened unto a boar ravaging the vineyard-kingdom of France.*
- §3.8.6.9 *Armagnacs join in against the king and Dauphin.*
-

§3.8.6.5 Sed impii, et stulti quorum (ut inquit sapiens) est numerum infinitus, rectum regis et eius unigeniti perpedientes [83v] propositum diversi mode in his resisterunt agminibus dicti ducis inter regem Parhisiusque et regias gentes, ac aprum et eius gentes aprinas consertis et dispersis impredientibus totis viribus, quod regis armorum auxilium patrie Normandie facere potuerunt patrie autem et civitates supradicte, et potissime in lingua Occitana senescallie Tholose et Carcassone tallium ad tuitionem regni impositus, etiam vi armata soluere rebelliter renuerunt, suffragium hominum et aliud universum ad protectionem regni contra aprum regi, et eius unigenito audaci pertinacia abnegantes.

§3.8.6.6 Et quod damnabilius extitit pecunias et redditus ac obventiones quascunque regias ex domainio regio iuvaminibus guerrarum in regno adiri stabilitis sibi ipsis in lingua occitana potissime in senscallia Tholose et Carcassone rebelliter et omni damnabili presumptione, et similiter fecerunt multi receptores regii, et etiam capitanei de oastris regiis.

§3.8.6.7 Proinde autem dictas pecunias et omnia bona regis dicte patrie, ville, et civitates cum complicibus, et similiter officarii regii dicto duci et domino Dorguelli pro eo in lingua Occitana tradiderunt, cum omni obedientia, sicut domino eorum illis regem et suum unigenitum fraudulentem et nudantes. Ita quod ad tantum excidium devenit huiusmodi proditio et rebellio, quod rex et eius unigenitus unum denarium non recipiebant de suis iuribus in regno, prohdolor ubi fidelitas, ubi obedientia, ubi lex, ubi probitas?

§3.8.6.8 Tyrannus autem et ferus scilicet dux Burgundie aperte una, et aper scilicet rex Anglie de sylva ex altera vineam domini (quam de egypto transduxit) exterminant et depascunt sicut et rex Babylonis, et Egypti et vineam de Israel exterminaverunt dissipan., ut habetur in Psal. [Psalms 79, 14] et Hozee. xiii [Hosea, 13].

§3.8.6.9 Ex his siquidem lacerationes desolationes, dissolutiones in corpore regi mystico devenerunt, malitia, patriarum, villarum, et civitatum memoratarum tyannis et infidelibus, sic ut consortes adherentes apro regi Anglie rex et eius unigenitus cum eorum fidelibus resistere fuerunt ex plurimis perpediti, et interea, quia rethibus et cum gentibus armigerorum dicti ducis sic inter medium gentes regie contra aprum accedere non potuerunt, propter mediam patriam quam tenebant impeditam, et impedito medio, impeditur terminus ad quem. ut 1. veteres, de itine. actuque priva. [Dig., 43, 19, 4] et l. i, §ii, de mor. inferen. [Dig., 11, 8, 1]

THIRD TRACT

- §3.8.6.10 *More of the same.*
- §3.8.6.11 *Woes suffered in town and country by the invasion of the tyrant and the infidels.*
- §3.8.6.12 *Invasion of Normandy.*
- §3.8.6.13 *Lack of resistance to the wild-boar-like invader.*
- §3.8.7.1 *Vilification of those who did not resist.*
-

- §3.8.6.10 Preterea gentes regie satis impediabantur ad resistendum dicto duci et eius gentibus patriam regis et villas notorie occupantes. Et sic contra Anglicos sufficere non poterant, quia virtus dispersa debilis etc., et etiam simul multis quis vacare efficaciter non potest, nec interius, iuxta illud philosophi plura scire, sed unum tantum possumus intelligere, nec exterius, ut 1. finali C. de assesso [*Cod.*, 1, 51, 13], hinc poeta, qui duos lepores una sectabitur hora etc., ut ibi in glo.
- §3.8.6.11 Porro patrie et ville predictae dictis obediens tyrannus sive infidelibus regem nudaverunt et spoliaverunt instrumentis ad defectionem regni necessariis, videlicet suis propriis pecuniis domainiis, et aliis sine quibus armigeri haberi non possunt ad regni tuitionem, similiter illum privaverunt, succursu gentium ad resistendum apud dupliciter uno modo in non mittendo gentes ad huiusmodi resistendam necessarias, secundo illum illis nedum privando, sed illas tyranno et infidelibus tradendo ad inobediendum et rebellandum regi patriam eius occupant. adversus quas regem et eius unigenitum defendere oportebat, et sic rex et eius unigenitus apud resistere fuerunt vane perperiti per predictas.
- §3.8.6.12 Et sic per haec et alia media dictorum infidelium et rebellium aper qui sepibus et defensionem vineam repenit spoliata, patriam normannie vinee partem preclaram occupavit malitia et intensa nequitia infidelium predictorum.
- §3.8.6.13 Ex quibus patet nedum sceleratos sepe dictos actores principales, sed et patrias, civitates, villas predictas et fuisse etiam, et esse fautores, coadiutores, auxiliatores apud regis Anglie in occupatione regni huius, tum quia nullam resistantiam, nullum adiutorium regi contra apud prebuerunt, sed expressim contradixerunt, licet requisiti, igitur infideles.
- §3.8.7.1 Contra quos angelus domini sic inquit, maledicite habitatoribus eius, quia non venerunt in auxilium domini etc. Judicum. v [*Judges*, 5, 23]. Preterea proditor est qui veritatem et dominum suum non defendit, ut patet ex c. nolite xi. q. iii [*Decretum*, II, 11, 3, 84], iuncto c. de forma. xxiii. [*Decretum*, II, 23, 1, 18], q. v., et c. primo §ad haec. in feud. [*Lib. feud.*, I, 1, §3], quia etiam non vocati, nonque requisiti illi resistere debuerunt, et in his regem non relinquere indefensum neque regnum. Et quia in his contradicentes fuerunt, et rebelles infidelitatem commiserunt, ut c. i. de nova fidelita. forman. [*Lib. Feud.* II, 7]. Et maxime quia periculum non modicum imminere agnoverunt, et sic in requisiti auxiliari debuerunt, ut c. licet, si de [investitura] feud. controver. fue. [*Lib. Feud.*, I, 4, §1] et in tit. hic finitur lex, §ad hoc. [*Lib. feud.*, II, 28(§Ad hoc)]. Tum quia defensiva instrumenta et pecunias, et alia bona regis et media alia defensiva illi auferentes, ut predicatur ex hoc consilium et iuvamen pro dedisse censetur, et cum eo regem sua magna patria Norma[84r]nie privaverunt, quia qui tollit instrumenta resistantia et defensionis, actum secutum censetur egisse, ut 1. necare,

THIRD TRACT

- §3.8.7.2 *More on the villainous behaviour of the invaders.*
§3.8.7.3 *Resistance to the invaders by the Dauphin and officials loyal to him.*
§3.8.7.4 *Night of 28-29 May, Burgundians invade Paris.*
-

de libe. exh. [read: de agnoscendis] [Dig., 25, 3, 4] et l. si pater, cum glo., §fi. de dona. [Dig., 39, 5, 35] hinc dicitur quod ea que subordinantur ad aliquem finem habent rationem finis. ut l. oratio, de sponsa. [Dig., 23, 1, 16] et l. ad rem, de procura. [Dig., 3, 3, 56]. Sed privatio pecuniarum et gentium est subordinata ad rei, id est regni huius amissionem igitur, et est rei amissio et qui huius principalis est causa pariter censetur causa rei ex hoc privare, id est regni et prodicionis eius, unde dicitur ad hoc propositum in reg. qui non facit. quod debet videtur facere adversus ea, que non facit, ut l. qui non facit, de regu. iur. [Dig., 50, 17, 164], igitur etc., de his autem dictum est plene supra quum de infidelitate ageretur, et ideo non repeto.

§3.8.7.2 Advertendum quidem, quod rebellio et protervitas, ac malitia nunquam maior (ut ita loquar fuit per subditos contra suum dominum conspirata, ut hec nam pecunias, castra, villas, patrias, omnia devesia et bona regia tyrannus, et eius adversatoribus tradiderunt non contenti regem et eius unigenitum, sive spoliare bonis, villis, patriis, et defensivis, instrumentis contra hostes suos, sed et illa regis inimicis et rebellibus sive infidelibus tradiderunt illos contra regem et eius unigenitum constituentes fortiores, quomodo enim nisi regem et eius unigenitum peremisent graviore modo eius et regni potuissent offendere maiestatem, certe nullo modo saltem nequiori intentione, ut hec probatur per l. ii. et iii, ad le. iuli. maies. [Dig., 48, 4, 1 & 3], iuncta extravagan. quoniam [(Feudal) Extravag., Tit. II] doleant ergo de tanto scelere eius actores, et dicatur eis illud Esa. xlvi [Isaiah, 46, 8]: Reddite prevaricatores ad cor, etiam recordemini, quoniam sum dominus etc., et non est alius similis mei etc. ut ibi, et nisi enim penitentiam habueritis.

§3.8.7.3 Non obstantibus autem dictis infidelitatibus et rebellionibus adhuc cum omni constantia dominus dalphinus ad conservationem regni et ovium suarum, ut bonus pastor ex toto corde proclivus et voluntarius cum omni providentia spectabilis comitis Armaniaci connestabularii Francie et aliorum nobilium et procerum consiliariorum regionum dictis a pro et fero sive tyranno et aliis resistebat infidelitatibus sic, quod illi non perficiebant suum nequam propositum ut volebant.

§3.8.7.4 Sed infideles pendente, conclusove tractatu pacis quod proximus diebus iurari et fide firmari debebat. Et ideo villa Parhisiensis gentibus armorum regiis nudatam, eandem villam cum auxilio plurium Parhisien. eorum complicitium et fautorum noctu finiente maio. anno. M. cccc. xviii. subintraverunt numero magno armatorum, et strage magna, et horribili comitem predictum connestabularium, cancellarium, et omnes officariis palatinos regi fideles, et eius consistorio et consilio iugiter assisten., et prelatos, magistrosque in theologia et alios utriusque status horrenda nece per dies plures continuos peremerunt et interfecerunt.

THIRD TRACT

§3.8.7.5 *Taneguy Duchâtel helps Dauphin escape. King a prisoner, royal seal in the hands of Burgundy.*

§3.8.7.6 *Queen in control of English, who rule in her name.*

§3.8.7.7 *Burgundy claimed power to rule under three guises: (1) as a peer of France, (2) as a lieutenant of the queen (whom he held in his power), (3) power of the royal seal, which he had capture.*

§3.8.7.8 *On heroes and villains, and among the latter the first mention of Dorguellus, lord of Auray.*

§3.8.7.5 Inclytus autem dominus dalphinus regis unigenitus cum difficultate, auxilio militis strennuidomini. T. de castro prepositi Parhisius manus homicidarum et stragem perhorrendain fugiens apud Parhisios annuente divina gratia evasit, sicut et Joas, filius Ocozie regis, auxilio Jezebel a facie occisorum et Athalie fuit divina gratia liberatus, sicut scribitur iv. Regum, xi cap. [4 Kings, 11, 2], et sicut Johatan evasit manus abimelech qui lxx fratres interfecit, ut dominaretur Judi. ix [Judges, 9, 18]. Quibus causantibus necibus et strage horribili, occisis omnibus regi fidelibus, repertis Parhisius, dux Burgundie Parhisius cum suis sacrilegiis sic violenter occupavit regem amentem (qui remanserat) in suam redigens potestatem, sigillum regium cancellarie et sigilla domini dalphini cum eorum bonis, etiam mobilibus quibuscunque occupando.

§3.8.7.6 Et quamvis habita regina in sui potestate, sub eius nomine aliquandiu ad regni regimen se intruisset, hoc conficto colore postquam tamen regem in suam redigerat potestatem ficto eius nomine colore priori potestatis (quum nulla esset) repulso regnum regere et de facto, et cum assuetis iniuriis violentiis continuavit.

§3.8.7.7 Unde ad colorate habendum regni regimen tres successivo ordine coloris confixerat, primum asserendo se potestatem et parem Francie[†] ceteris potentiorem coniunctumque regi et antiquiorem, et sub hoc velamento diutius violenter regnum, quatenus potuit, se intrusit, secundum simulavit colorem, quando a civitate turonis reginam secum duxit, quod ipsa locumtenens regis erat [84v] et sub hoc velamine patrias multas, et potissime occitanam occupavit, quamvis regina locumtenentiam aut potestatem aliquam minime habuit aut haberet. Ultimo per stragem horrendam connestabulatio, cancellario et aliis (ut predicatur) interfectis & Parisien. occupata civitate, et in eius rege amente redacto ditione sigillis (ut prefertur) usurpatis dictis se pulsus, simulatis commentis sua regis nomine (cui tamen parante diutius inobediverat) regimen continuatus est continuare repellendo suis viribus ab omni potestate et gubernatione dominum dalphinum regis unigenitum cum agminibus armatorum.

§3.8.7.8 Sed licet variatio huiusmodi coloris iniquitatis fuerit demonstrativa et neces connestabularii, et cancellarii, et aliorum spectabilium variusque status procerum fuerint per horrendam lesionem maiestatis regie perpetratae, quas fideles cuncti et proceres, ac eorum actores quantum huius debuissent perfecto odio execrari patrie vero predictae cum suis complicibus gratulantes, te deum laudamus et mente impia canentes putantes per occasiones cisiones huiusmodi per suam tyrannidem regnum humile obtinere dicto duci, dominoque Dorguelli et ceteris tyrannicis

THIRD TRACT

- §3.8.7.9 *Lese majesty committed by killing of constable and chancellor*
§3.8.8.1 *Not less guilty of lese majesty are those who were gladdened by the death of those officials.*
§3.8.8.2 *Likewise guilty are those who praise the villains or excuse their actions.*
-

occupatoribus rege et eius unigenito contemptis et mentaliter depulsis alacri facie obsequentes, pecunias et bona regia et pedien. eisdem, ut superius omnine est expressum, similes in his populo iudaico, qui sub successivis temporibus Abimelech qui interfectis septuaginta suis fratribus ditionem in Israel consentientibus Sichinis occupaverat, et inde Athalaide omne semen, regnum Israel tyrannice sibi usupaverat, infideliter obedivit, ut hec habentur Jud. ix [Judges, 9, 6]. et iv. Reg. xi. ca. [4 Kings, 11,1]: Sed non diu potest tyranni huiusmodi iustitia disponen. divine fuerunt interempti restituto regno illi ad quem regimen pertinebat.

- §3.8.7.9 In his autem non est dubium actores, conscios, participes, auxilium, consilium, favorem adhibentes infidelitatem, prodicionem, rebellionem et lese maiestatis crimen commisisse per mortem dictorum connestabularii et cancellarii, partes corporis regis personam eius ubicunque presen. et maiores ceteris de regno domino dalphino excepto, ideo etc. Et idem de aliis officiis palatinis, ut hec probantur in l. quisquis, ad leg. iuli. maiesta. [Cod., 9, 8, 5] et vi. questione, i. quero. [Decretum, II, 6, 1, 21] et c. felicis de peni., libro sexto [Lib. Sext., V, 9, 5], ita quod in his casibus et maioribus comiti hoc crimen solo animo, ut dicit textus in dictis l. quisquis [Cod., 9, 8, 5] et c. quero [Decretum, II, 6, 1, 21] et ibi per glo. secundum quosdam.

- §3.8.8.1 Et intelligendi sunt fuisse conscii, participes, auxiliatores aut fautores multipliciter, primo exaltando, et gaudente de nece predictorum, ex hoc delinquerunt contra maiestatem regiam, sic offensam, nam cum deberent tristari de offensa facta suo mystico capiti et sibi compati iuxta illud Pau. ad Corinthios duodecimo [1 Corin., 12, 26]. Sicut sollicita membra ad invicem, et si quid patitur unum membrum compatiuntur alia membra etc., contrarium egerunt ibi etc. Ceterum actores, et participes dictorum scelerum et criminis lese maiestatis foverunt illis et gentibus suis obediendo, ut veris dominis pecunias, res, villas, castra regis ac alia devesia regia, et omne auxilium continue et magis leta facie quam prius prebendo, et omnes obedientie et fidelitatis species illis impartiendo, et a regis ac eius unigenito substrahendo cum gentibus illorum publice conversando, nemo dubitat quando hec fuit species fautorie, ut c. si adversus, de here. [Decretales, V, 7, 12], pro quo c. i, xciii. dist. [Decretum, I, 93, 1]. In propriis etiam villis, domibus et terris quidem illos quidem gentes illorum tenuerunt, et receptaverunt diutius et receptant.

- §3.8.8.2 Insuper illos et gentes suas de his laudaverunt, et excessus predictos excusaverunt verbis publice et occulte, et alii dogmatizaverunt illos hoc facere potuisse hec, et similia alia multa in favorem dictorum sceleratorum, taliter enim illos excusando, et pro eis loquendo illis in his favisse dicuntur, sicut dicitur de quibusdam qui beatum voluerunt excusare Petrum a negatione Christi, eo quod non negaverat Christum, sed ancille solum dixerat, non novi hominem hec enim excusatio perversus favor dicitur, ut habetur c. non solum, undecima questione tertia [Decretum, II, 11, 3, 84]. Et sic patet villas, patrias et complices fuisse faatrices et auxiliatrices dictorum homicidarum, qui

THIRD TRACT

- §3.8.8.3 *Guilt of regions, cities, and towns that excuse the villainous acts.*
- §3.8.8.4 *Afterwards, however, the king of kings, lord of the king, took pity on the condition of the kingdom, inspired his holy spirit in the Dauphin and those that had remained loyal, helped him resist the traitors.*
- §3.8.8.5 *Scriptural counterparts of the tyrants Burgundy and his henchman Dorguello.*
-

crimen sepe dictum commiserunt, et in quantum huius et pro his omnibus accedant notati per Archidiaconum in capitulo secundo, de hereticis [Decretales, V, 7, 2] et per Hostiensem in summa illius tituli, §que pena imponatur credentibus [PENDING].

- §3.8.8.3 Verum dicte patrie, civitates, ville et complices causam dederunt dictis stragibus, necibus et homicidiis, nam actores participes et consultores, verisimiliter hec ege[85r]runt, videntes fortes, potentes et securos eo quod in usurpatione regiminis regni patrie, ville, civitates predictae, et complices sibi adherebant, et quod per illas se tueri, et cum illarum suffragio quibuscunque resisterent, aliter enim hec facere formidassent contra regem suique, et sui unigeniti offensam, et consequenter causam dantes dictis stragibus et criminibus possunt recte appellari iuxta illam regulam, qui occasionem damni dat etc., potissime ubi culpa adest vel dolus, ut hic fuit dolus enim omnium iniquitate fuit convictus in eis sic faventes, sic obedien. tyrannis sceleratis et infidelibus, et sic operam rei illicite dantes, iuxta c. sicut. de test. [Decretales, II, 20, 19] et ibi per glossam et c. de cretero, de homicidio [Decretales, V, 12, 11] et 1. qui occidit. in fine, ad legem aquiliam [Dig., 9, 2, 30] sicut similiter fecit Abimalech qui prius ligam^{†gl} et conspiracyem egit cum viris et habitatoribus Sichen, ut regeret, et facta colligatione cum illis septuaginta fratres suos legitimos, ne sibi regimen impedirent, interfecit, ut habetur Iudi. ix [Judges, 9, 56], sic et dicti actores stragis et necis predictorum illustrium prius habita conspirata, obedientia dictarum patriarum, civitatum et locorum illorum securi auxiliis ad homicidia dictorum spectabilium processerunt.

Et sic patet apertissime praedictos crimina infidelitatis, prodicionis, rebellionis, et lese maiestatis commisisse.

- §3.8.8.4 Posterius autem rex regum, dominus regis et regni condolens miseriis suum sanctum spiritum in dominum dalphinum regis unigenitum inspirans illum regni suscitavit salvatorem qui convocatis nobilium et procerum cum eis, qui peroratis non consenserant malitiis, adversus aprum resistere constituit cum divino auxilio, et rebelles regni regimen sibi soli competens assumens, ut illud incolume conservaret.

- §3.8.8.5 Dicte autem patrie, civi[85v]tates, et ville similes populo reprobis Israel, qui dominum Roboam filium Salomonis regis repellentem, Hieroboam tyrannum regem sibi constituerunt, dictum dalphinum inclytum regni gubernatorem et regentem suscipere renuerunt, illi et suis hostiliter resist. emolumenta cuncta regia illi tolentes duci Burgundie, quem eorum temeritate rebelli gubernatorem infideliter susceperunt, et memorato Dorguelli et suis tradiderunt crimina infidelitatis ac maiestatis offensam frequentibus exactibus plurificantes contra quos scribitur Osee.

THIRD TRACT

- §3.8.8.6 *Given the identity of the persona of the king and the Dauphin, rebellion against the latter is as bad as against the former.*
- §3.8.8.7 *Biblical analogues to the Duke of Burgundy.*
- §3.8.8.8 *Efforts to keep the provinces of Languedoc loyal.*
-

v [Osee, 5, 4]. non dabunt cogitationes suas ut revertatur ad dominum suum, quia spiritus fornicationis in medio eorum et dominum non cognoverunt.

- §3.8.8.6 Ex his autem, quod infidelitatem, offensionem maiestatis et crimen, ac inobedien. et rebellionem commiserint multipliciter et pluris scitis cuilibet aperitur manifeste, potissime quod adversus statum, prosperitatem, regimen, honoremque eiusdem domini dalphini et regni se opposuerunt, et resistunt rebelliter et proterve, ideo etc. Ex his predicta formaliter constituuntur, tum quia rex iuvenis dicitur et dominus et eadem persona, eiusdemque particulis nature ac caro una cum patre. Tum quia regimen regni sibi soli competit atque pertinent rege regere impedito, ut predeclaratum est, ut consequenter sibi fidelitas obedientia, quia ille se debent observari, ut dictum est plene supra in conclusionibus proximi. precedentis articuli. Tum quia infidelitas hisdem modis contra eum committitur, sicut et quelibet contra regem committeretur, ut l. i, §domini. ad syllianum [Dig., 29, 5, 1], et dixi plenius supra in conclusionibus proxime precedentis articuli; aliis rationibus ibidem in expeditione quarti articuli, ad quas sufficiat remittere gratia evitande repetitionis superflue positae et reseratis.

- §3.8.8.7 Hi enim rebelles et resistentes similes sunt civibus illis qui nolunt patremfamiliam regnare super se, ut habetur Luce. xix [Luke, 19, 27], de quibus ille dixit inimicos qui noluerunt me regnare super se, adducite mihi etc., ut ibidem habetur. Similes etiam rebellibus, qui nec deum nec Samuelem pro eo voluerunt super se, sed alium voluerunt, ut habetur i. Regum. viii [1 Kings, 8, 5], et contra hos alibi scribitur in hec verba ago, scilicet dalphinus veni in nomine patris mei, et non suscepistis me, si quis alius scilicet dux Burgundie venerit in nomine suo illum accepistis etc., volens dicere, infideles ergo estis, sic facientes Jo. v [John, 5].

- §3.8.8.8 Profecto dictus inclytus dalphinus experiens intentionem, quam occitani ad eum habebant, ut illos convinceret, acceptans an dicti infideles vellent ad cor reduci, iuxta illud Hieremie. xxvi [Jeremiah, 26, 2-3]: Noli sustrahere verbum, si forte audiant, et convertantur unusquisque a via sua mala etc. Consyderans quod dicti rebelles sunt populus durus, et nervus ferreus cervix eorum et facta eorum erea etc., ne dicerent idola nostra fecerunt hec etc., transmisit ad illos comitem illustrem fuxi gubernatorem pro rege, et eodem domino dalphino patrie occitane, ac reverendissimum patrem archiepiscopum ducem Remeum primum parem Francie regis et domini dalphini locumtenenti et magnificum dominum de rupe et de vouta et alios generosos milites et nobiles numero copioso cum potestatibus sufficientibus per literas regias et eiusdem domini dalphini super regimine patrie predictae concessis.

THIRD TRACT

§3.8.8.9 *Fidelity of Languedoc put to the test.*

§3.8.9.1 *Invasion of English king into Artois.*

§3.8.8.9 Sed suam continuam nequitiam presens occitana rebelliter dominos memoratos et potestatem dicti domini dalphinui non admitten. cum suffragio dicti Dorguelli gentiumque suarum, et dicti ducis Burgundie eisdem et volitis, et preceptis regiis omnisarium vi armata, et cum insultu et ceteribus vilanorum et rusticorum, tachinorum resistit, rebellavit ac contradixit in peroratis rebellio. et declaratis omnibus per omnia ceptis infidelitatibus persisten. inquien. effectualiter illud quod populus rebellis Israel in simili dispersus post cogitationes nostras ibimus, et unusquisque pravitatem cordis sui mali faciet et infra venite, et percutiamus cum lingua, et non accedamus ad sermones cum lingua, et non accedamus ad sermones eius, Esaie. [read: Hieremie] xviii [Jeremiah, 18, 18], multos equidem graves sermones contra dictum dalphinum immaniter perferen. ac dicen. nequaquam faciam, quod vult adamavi quippe alienos, et post eos ambulabo., Hieremie. ii. ca. [Jeremiah, 2, 25], unde negaverunt dominum dicentes, non est ipse aientes cum Pharaone nescimus dominum. Exodi. v. ca. [Exod., 5, 2]. Similes et Judeis qui apostolos domini recipere nolebant, nec discipulos de quibus dicitur in evang. Qui vos spernit, me spernit, et eum qui me misit. Luce x [Luke, 10, 16]. Hinc dicit dominus Samueli contra viros Israel, qui alium rectorem petebant, non te abiecerunt, sed me ideo dicitur in extravag. quoniam [(Feudal) Extravag., Tit. II], quod inobedientia quelibet aut rebellio commissa contra statum, prosperitatem, tranquillitatem, ac honorem et statum principis causat crimen lese maiestatis, ut dixi supra plene. Et sic inobedien. dictis locumtenen. etc. commiserunt crimen infidelitatis rebellionis et lese maiestatis, ut ex predictis et conclusionibus supra (quum de infidelitate ageretur) reseratis latius panditur, ad quas remitto, unde contra eos optime dicitur illud Hiere. vii [Jeremiah, 7, 28]: Perit fides ab eis, et ablata est ex ore eorum deliquentium dominum suum, videlicet dominum dalphinum fontem aquevive. Here. ii [Jeremiah, 7, 28?]. Et sic evidenter arguit eos [86r] malitia eorum et adversio eorum increpat eos, ut habetur c. eo.

§3.8.9.1 Tum autem, quod non minus reprehensibile est atrabaten. se et civitatem atrabati (que una est de maioribus et insignioribus) inobedien. ditionem, et regimen ducis burgundie submisissent illi eam se et omnia iura et devesia regia conferentes omni obediam, et fideliter regi et eius unigenito (ut predicatur) abnegatio aper predictus Rex anglie (qui jam normaniam invaserat) abratum [Artois] obsedit cum numero armatorum, et instrumentorum bellicorum quibus suffragari causantibus his rebellionibus et infidelitatibus atrabati, at aliaruin villarum, et patriarum rex et eius unigeniti fuerunt perpediti, dictus vero dux patrieque et ville cum complicibus et adheren. nullum auxilium atrabaten. nec resisten. contra aprum prebere curaverunt illam civitatem insignem in manibus apri hostis regni huius antiqui proterva malitiam iniquitate relinquen. licet sub obedien. existeret dicti ducis.

THIRD TRACT

- §3.8.9.2 *Arras submits to English rule.*
- §3.8.9.3 *Because yielding to the English worked against the peace, tranquillity and security of the king and the kingdom, it was a crime of lese majesty.*
- §3.8.9.4 *I forego dwelling upon the celebrations indulged in by the infidel rebels and traitors.*
- §3.8.9.5 *On understanding the crimes of the rebels and traitors that have been dealt with here.*
- §3.8.9.6 *Likening of French accepting the infidel to Judean rebellion against Rehoboam.*
-

§3.8.9.2 Item quod ex mediis infidelium predictorum, et rebellium civitas insignis jam dicta ad obedientem ditionem manum, et potestatem dicti hostis regis anglie se subdidit sui et corebellium iniquitatibus, dolis, inobedientiis causantibus memoratis. Quin autem hec causent proditorem et lese maiestatis crimen periti non ignorant cum 1. ad 1. jul. ma. [Dig., 48, 4, 1] ibi locave occupentur. et in d. 1. iii ibi castrave concesserit [Dig., 48, 4, 3] iuncta regula illa, qua cavetur qui operam dans rei illicite accessionem damni prebuerunt, illud damnum dedisse censetur, ut c. de cetero de homicidio [Decretales, V, 12, 11] et 1. qui occidit, ad 1. aquil. [Dig., 9, 2, 30].

§3.8.9.3 Preterea hec evidenter cedunt contra statum pacem, tranquillitatem, securitatem regis et regni, et consequenter evidenter causant crimen lese maiestatis, per conclusiones superius positas cum de prodicione et fidelitate agitur.

§3.8.9.4 Multas equidem infidelitates rebelliones, et prodiciones, convivique porrenda commiserunt, que scelera presentem diffusam materiam facerent quam tedii evitandi gratia arbitror procidendam.

§3.8.9.5 Et si unusquisque omnia capitula fidelitatis et obedine supra (quum de eis ageretur) reserata, ac capitula fidelitatis d. c. deforma. xxii, q. v [Decretum, II, 22, 5, 18]. et in c. 1. de no. fide. for. [Lib. feud., II, 7] et aliis similibus descripta et capitula infidelitatis, et rebellionis, et prodicionis superius declarata, et ea ex quibus filius exheredari, donationes revocari matrimoniaque poterant. Omni autem perlegerit, comperiet lucide dictos inobedientes infideles et rebelles omnes infidelitatis, prodicionis, rebellionis, et inobedien. species et multas pariter lese maiestatis crimine, et quam in cunctis illud cum omni iniquitate commisisse infidelitatis actibus proxime explanatis contemplatisque diligenter.

§3.8.9.6 Ex quibus eo deventum est, quod maior regni portio dictis sceleratis et infidelibus socialiter coherens a ditione, fidelitate, obedientia, unitate et integritate regis et regni rebelliter, et proditorie, cum omni infidelitatis specie se substraxit, ut et vicine nationes notorie agnoverunt, sicut et maior pars populi Judeorum adversus verum regem Roboam rebellantes, tyranno hieroboam ad himen. iii Reg. xii [3 Kings, 12, 20], ita quod convenienter dicitur illud quod Hiere. ix [Jeremiah, 9, 10]. scribitur: A volucre celi usque ad pecora transmigraverunt et recesserunt scilicet a fide et obedientia domini sui, ita quod unusquiscue ambulavit post pravitatem cordis sui mali, ut me, scilicet dominum suum non audiat, Hiere. xvi c. [Jeremiah, 16,

THIRD TRACT

§3.8.9.7 *More on the case of the Judean rebellion.*

§3.8.9.8 *Yet more on the rebellion against Rohoboam.*

12], et manibus Mosi restituerunt, ita et hi omnes restituerunt veritati, idest domino eorum vero homines corrupti mente reprobis, circa fidem, scilicet fidelitatem, sed non proficient, insipientia enim eorum manifesta est omnibus, sicut illorum fuit. II ad Timo., iii. ca. [2 Timothy, 3, 9], unde de eis optime dicitur, quod Gene. xlix. [Genesis, 49, 7] scribitur: Maledictus furor eorum, quia pertinax, et indignatio eorum, quia dura.

§3.8.9.7 Quoniam autem nil novi sub sole, ut retrogestis aliquibus he prodiones invitatur, quidque de eis et earum actoribus et fautoribus dicendum et arbitrandum sit, et quibus similes dici debeant, licet aliqui viri Sichen, alii adhequens, alii Absalon et cohentibus eius, puto eos similes Hierobean, et sequacibus eius in multis, et interea quia sicut Hieroboam membrum mysticum regni Israel erat, et subditus regi, et sic usurpantes tyrannice regni huius regimen membra huius regni et subditi existenti, et sicut contra Roboam filium regis Hieroboam, et sequaces rebellabant, sic et hi contra dominum regis unigenitum, ad quem regni successio et illius regimen pertinet, et sicut decem tribus regni illius contra Roboam. rebellavit, due tantum sibi in fidelitate permanen. sic et hic maior portio patriarum, provinciarum, et villarum regni contra regem dictum dominum dalphinum rebellavit, infidelibus coherentes, et sicut sumpta occasione onerum et subsidiorum Salomonem regem patrem indictorum contra Roboam filium, cui soli successio regni pertinebat, rebellavit et Hieroboam obediverunt sic et hi occasione onerum per regem Caro. impositorum ei et eius unigenito predicto rebellavit tyranno et complicitibus inherentes, et sicut propria temeritate et infidelitate Hieroboam regem constituerunt, sic pariter isti ducem predictum in regentibus susceperunt, dictum unigenitum repellentes, et

§3.8.9.8 Quam vero rebellio, infidelitasve reprehensibilis existat et actores ac coherentes magnam adquisierint indignationem, declarat in dicto actu consimili scriptura divina in libro Regum [4 Kings, 17, 20]: Nam deus indignatus scelere, omne semen israel hoc agentur demolivit et dedit indignationem, et prophetam quam ad exprobandum scelera dicti ieroboam ad eum transmiserat, panem edere et aquam bibere vetuit apud illos, quod quia non servavit id propheta, morsu [read: manu] leonis exidit interemptus, et in evangelio dominus tribus qui ad fidelitatem Roboam cesserat inter pseudo, et gentiles computavit, prohibens discipulis (quos in viam salutis mittebat) ne in viam gentium abirent, ne in civitatem intrarent samaritanorum, ubi dicti scismatici existebant, ostendens scismaticos gentibus equari. Et insuper chore, dathan et abiron scismaticos contra moysen et aaron rebellantes deglutitione terre percussit, ostendens quante temeritatis existat a proprio domino abcedere^{†gl} et adversus eius iussa rebellare, ut hec serius describuntur vii. q. i. denique [Decretum, II, 7, 1, 9], sed his in ultimo articulo agitur.